



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Sportulae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

impletorum, vel sufficit inchoasse, c. lue-
ras, de sponsalibus. Covar. de sponsal. i. p. c.
2. n. 2. led si malitia suppleret ætatem,
posset præveniri hoc septennium, Gloss.
in c. juvenis, in ver. dubia, e. o. tit. Covar.
ibidem, n. 1. c. de illis, it secundo, de d' spen-
sat. impub. & hoc etiam ampliatur vale-
re in matrimonio contrahendo per
verbā de præsentī, Covar. 2. p. c. 5. num. 2.
loco citato.

Secundō, quando verò non dicatur
quis proximus, ubertati, ad hoc, ut pos-
sit in matrimonium contrahere, arbitriari-
um esse judicis ait Covar. ibid. num. 5. ut
si defecerint pubertati solum sex men-
ses, c. continetur, de despensat. impub. glo.
in c. attestations, in ver. circa, eodem sit. &
judex potest ex aspectu pronunciare su-
per ætate, cum hoc sit ei arbitriarium,
Grammat. dec. 48. n. 18.

Tertiō ex sponsalibus olim oriebatur
impedimentum publicæ honestatis, us-
que ad quartum gradum, c. sponsam, de
sponsal. Syl. in ver. matrimonium. 8. nn. 14.
ver. quartum, hodie tamen per Conc.
Triden. sess. 24. c. 3. de refor. matr. reduci-
tur usque ad primum, quando sponsalia
essent valida, secus si nulla.

Quartō, sponsalia dicuntur invalida.
Primō, quando quis contrahit spon-
salia ante ætatem requisitam in illis. Se-
cundō, habens votum solenne continen-
tiae. Tertiō, quando sub conditione, si
dissolventur ante illam subsequuntam,
modò conditio non sit impossibilis, aut
turpis. Quartō, quando contrahentur
cum persona incerta. Quintō, quando
deficeret consensus alterius. Sextō, si
matrimonium esset contractum sub cō-

ditione, si interim contrahatur, tamen
pure eum alia, licet sit consanguinea
primæ, tenet secundum matrimonium,
Sylvest. in ver. matrimonium, 3. §... Et in
ver. matrimonium, 8. §. 14. ver. 2. Angel.
in ver. matrimonium imped. 14. Septi-
mō, non solum in sponsalibus nullis, sed
in matrimonio nullo, nullum est impe-
dimentum, quicquid dicat Staph. de lit.
grat. f. 134. n. 10. Nav. c. 27. n. 57. Octa-
vō, quando contrahitur à parentibus
pro parte filiorum, sive legitimæ ætatis
sunt, sive non, nisi expressi, vel tacite con-
sentiant, vel nisi sint præsentes; & non
contradicant, vel absentes, & postquam
eis innotuit, consenserint, Navar. loc. cit.
& Sot. 4. Sent. d. 41. q. unica, ar. 2. & An-
gel. loc. cit. n. 2. Nonò, de sponsalibus, &
matrimonio clandestine contractis nul-
lum oritur impedimentum, quoad fo-
rum conscientiæ, Navar. loc. c. n. 58.

Quintō, in sponsalia transit matri-
monium contractum inter impuberis,
vel ex altero impubere, & altero pube-
re, c. unico, §. 1. de despensat. impub. lib. 6.
Covar. de sponsal. 1. p. c. 3. per totonum.

Sextō, sponsalia quibus modis dissol-
vantur, vide Covar. 1. p. c. 5. Sylv. ver. spon-
salia, §. 19.

S P O R T U L A E.

SPORTULÆ, vide in ver. trigesima.

S E N T E N T I A.

PRIMO, tria esse genera sententiarum
ait Maran. 6. p. tit. de sent. à num. 23. Et
infra, de quibus ibi video, sed Abb. in
Clem. 1. num. 2. de sequestr. fruct. Et posse,
dicte